



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

Fargna, Francesco de

Romæ, MDCCXVIII

Casus VI. Argumentum. Juspatronatus relictum à Fundatore pro Filiis, & ejus Descendentibus, & Successoribus est gentilitium, & in eo succedunt filii una cum Patre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72203)

reb. eorum, qui sub tutel. Rip. in cap. cum
Ecclesie n. 93. de causi. possess. & propriet.
& in re conjuncti n. 136. ff. de legat. 3. Rota
decis. 447. n. 16. coram Merlin. decis. 382.
n. 25. & 26. coram Bich., & decis. 304. n. 4.
coram Emerix jun.

Evanida effecta, imò potius retorquibili prætenfa re judicata, nec non efficacia præsentationis anni 1636. opus non esset ulterius progredi, quin etiam ad corroborationem præmissarum regularum, quæ sunt fatales in hac Causa, supervacaneum reddebatur evellere illud argumentum, quod pro justificanda qualitate gentilitia adducebatur, videlicet, quòd in Præsentationibus annorum 1547., 1555., & 1563. Præsentationes celebratæ extitissent in capita, & per transversos gradus inæquales; quoniam hujusmodi pariter argumentum violentam patiebatur retorsionem ad finem concludendi oppositum; quia si Juspatronatus fuisset gentilitium, non omnes præsentare valuissent in capita, sicuti valet repræsentativè ad quotam hæreditariam, atque successionis dari concursus graduum transversantium inæqualium, ut est nepos cum patruo, per obviam dispositionem *Autb. post fratres C. de legit. hered.*, licet enim nil magis familiare videatur, quàm quòd in Patro-

36 natibus verè familiaribus omnes de familia, & si in gradu inæquales, ipseque pater cum filio in capita admittantur ad præsentandum; id tamen locum sibi vindicat, prout supra tetigimus, quoties Juspatronatus relictum est toti familiæ per modum Collegii, & Universitatis, secus verò quando ab initio Juspatronatus quantumvis gentilitium relictum dignoscitur certis personis de familia, à quibus postea lineales producerentur descendentiæ; tunc etenim aut ordo intraret charitatis, & successionis inter proximiores, & remotiores, vel capitum numerus calcularetur pro constituenda voce illius lineæ, illius primi acquirentis, secundum tacta superius, & uberius discussa in annot. ad meas decisiones inter hæctenus impress. tom. 1. decis. 52. n. 23. & seqq., & in Pisana Juspatronatus 26. Junii currentis coram R. P. D. meo Priolo ex S. Verùm quamvis cum seqq. ubi concordant.

Cùm igitur à primo ad ultimum crediderint absolutè Domini, quòd Juspatro-

natus digladiatum fuerit in sui natiuitate hæreditarium, simulque in progressu, seu in ingressu in lineam Joannis Francisci pariformiter, ac ineluctabiliter hæreditarium, quòdque ex hucusquè deductis obfervantia, & status deinceps subsequuti lubentius faverent eidem primordiali naturæ in ortu, & progressu demonstratæ; quàm quòd arctarent ad recessum regularum tam sæpe allatarum, minimè in sequelam reputarunt necesse inquirere de vero ultimo statu, non sine probabili aspectu, quòd is potius militaret pro D. Abbate de Comitibus; nam ultimus vera ultimus anni 1678. præferebat confessionem D. Andrea non impugnabilem à D. Abbate de Bussis, & data quoque illius turbiditate, vel status anni 1636. opitulabatur ipsi D. de Comitibus, vel erat pariter intricatus, parumve idoneus ad decisionem, & applicationem *Text. in cap. Consultationibus*; limpidissimus verò effulgebat ille antecedens anni 1590. ab omnibus objectionibus vindicatus; ideoque præfatum cap. *Consultationibus* urgeret magis, ut enunciavimus pro D. de Comitibus si vera erat, prout erat verissima propositio, de qua supra, ut per viam schalaris ascensus ultimus ille status diceretur, qui etsi anterior, & remotior, comparativè ad novissimos æquivocos, & intricatos foret clarior, & evidenter, sicuti ultra jam allegatos etiam monuerunt adducti per *Rot. in præfata Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. S. Idemque eveniret, & in Asten. Parochialis de Maliano 12. Decembris ejusdem anni S. In suo igitur coram Me.*

Et ita utraque &c.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus relictum à Fundatore pro Filiis, & ejus Descendentibus, & Successoribus est Gentilitium, & in eo succedunt Filii unà cum Patre.

SUMMARIUM.

- 1 Nomine Successorum, plerumque veniunt successores in hæreditate, vel successores in hæreditate simul, & sanguinis, & num. 50.
- 2 Juspatronatus relictum pro Filiis, Descendentibus, & Hæredibus, seu Successoribus, an sit Gentilitium?

- 3 Jurepatronatus an, & quando dicatur hereditarium, aut mixtum ex observantia, & ex presentationibus sequentibus cum expressiva uti filii, & hæredes?
- 4 Jurepatronatus esse hereditarium, an & quare arguatur ex presentationibus factis à descendantibus plurium Fundatorum ejusdem Beneficii hereditario nomine? & n. 20.
- 5 Jurepatronatus reservatum pro filiis, descendantibus, & successoribus est gentilitium minus rigorosè sumptum, & n. 38., & 49. Amplia ut n. 9., 10., & 11.
- 6 Jurepatronatus reservatum pro Parentibus, & Confanguineis est gentilitium.
- 7 In Jurepatronatus gentilitio succedunt omnes de sanguine, sive sint Agnati, sive Cognati; sed limita, ut ibi.
- 8 A Patronatu restricto taxativè ad certum genus personarum excluduntur omnes illi, qui non sunt de illo genere.
- 12 Filii unà cum Patre admittuntur ad presentandum in Jurepatronatus gentilitio, & n. 27., & 48., & 55. Quo sensu hoc procedat. Vide n. 22., & 58., 59., 60., & 61.
- 13 Verbum successores an, & quando comprehendat successores sanguinis, aut successores honorum simul, & sanguinis? & n. 14. & 16., & n. 39. & 51.
- 15 Jurepatronatus reservatum pro hæredibus, & successoribus an, & quando esse possit gentilitium, aut mixtum, & n. 57.
- 17 De duplici specie Jurepatronatus gentilitii.
- 18 Mentio hæredum in presentationibus an, & quando stet demonstrativè, & non taxativè?
- 19 Concurrentibus pluribus presentationibus hinc inde tam pro qualitate hereditaria, quam pro qualitate gentilitia, an, & quando sint attendenda presentationes, quæ stant pro qualitate gentilitia, rejectis presentationibus pro hereditaria, & n. 45. usque ad 47.
- 21 Enunciativè, quòd Jurepatronatus spectet ad familiam emissè ab Ordinariis an, & quando stet demonstrativè ad declarandam qualitatem Jurepatronatus?
- 22 Status anterior per posteriorem immutatur, & n. 37.
- 23 Deficiente foundationis Instrumento qualitas agnaticum Jurepatronatus, ex quibus probetur, & arguatur, & n. 24. usque ad 31., & n. 41. usque ad 44., & n. 52. usque ad 54.
- 32 Sententia se explicite non contineat qualitatem agnaticam Jurepatronatus, tacite dicitur illam continere ex actis, & decisionibus eam precedentibus.
- 33 Jurepatronatus præsumitur hereditarium, ubi non constat de fundatione, sed limita ut ibi.
- 34 Verba posterii, & successores, licet comprehendant etiam hæredes, tamen ex subiecta materia restringuntur ad successores sanguinis.
- 35 Concessio facultatis alienandi Jurepatronatus in alios de familia an, & quando arguat potius qualitatem agnaticam, & familiarem?
- 36 Presentationes non effectuatæ non probant qualitatem Jurepatronatus.
- 40 Nomine hæredum an, & quando veniant hæredes sanguinis?
- 56 Litera Apostolica in omnibus justificata debita merentur executionem.

C A S U S V I.

IN limine foundationis Beneficii A. fuit de consensu Ordinarii reservatum à Fundatore Jurepatronatus ad illud pro ejus Filiis, Descendentibus, & Successoribus. Quero an hujusmodi Jurepatronatus sit gentilitium, itaut in eo succedere valeant omnes de sanguine, & descendentes à Fundatore, sive hæredes sint, sive non, sive agnati, sive cognati; vel potius sit hereditarium, aut mixtum, itaut ad effectum succedendi illi requiratur qualitas hereditaria, vel qualitas hereditaria simul, & sanguinis?

Pro resolutione hujus dubii videtur dicendum, præfatum Jurepatronatus non esse gentilitium, sed hereditarium, aut saltè mixtum; est enim reservatum non solum pro Filiis, & Descendentibus, sed etiam pro Successoribus, quæ reservatio sic concepta etiam pro Successoribus, reddit Jurepatronatus hereditarium, vel saltè mixtum; cum nomine Successorum, plerumque veniant successores in hereditate, vel successores in hereditate simul, & sanguinis. Rota in Mediolanen. Prioratus super mixtura 29. Januarii 1706. §. Non obstat coram bon. mem. Cassarello, & in Romana Cappellania 16. Martii 1708. §. Licet coram R. P. D. Ansaldo, & 3. Junii 1711. §. Facti coram

D

eo-

2 eodem. Sicuti Juspatronatus relictum pro Filiis, Descendentibus, & Hæredibus, seu Successoribus non est gentilitium, sed hæreditarium, vel saltè mixtum, Card. de Luca de jurepatron. discurs. 24. n.6. Tondut. quæst. Benef. par. 3. cap. 157. n.19. Buratt. decis. 674. n.5., & in rec. decis. 267. n.3. & 6. par.6.

Ratio autem videtur esse, quia Juspatronatus gentilitium est aptum solum comprehendere eos, qui habet cognomen Domus, & Familiæ, & non extenditur ad eos, qui licèt de sanguine non habent hujusmodi cognomen; Juspatronatus autem relictum pro Filiis, & ejus Descendentibus, ac Successoribus comprehendit non solum illos, qui habent cognomen Domus, & Familiæ; sed etiam quoscumque descendentes etiam cognatos, sive sint foeminae, sive masculi; adeoque non est gentilitium, Gratian. discept. 577. n.45. Palm. nep. alleg. 159. n.23.

3 Eoque magis Juspatronatus non esset gentilitium, sed hæreditarium, aut mixtum, si filii, & descendentes Fundatoris in quam pluribus vacationibus Beneficii præsentassent hæreditario nomine, nimirum cum expressiva, uti Filii, & Hæredes, aut præsentassent in stirpes, & per quotas, & non in capita: quæ quidem observantia, & præsentationes cum qualitate hæreditaria à Patronis emissæ satis demonstrarent Juspatronatus ab initio reservatum pro Filiis, & Descendentibus, ac Successoribus non esse merè gentilitium, sed hæreditarium, vel saltè mixtum, juxta Card. de Luca de jurepatr. disc. 60. num.29. Rota decis. 288. num.4. par.5. rec., & in Asculana jurispatronatus 24. Februarii 1616. coram Verospio apud Vivian., & in Imolen. jurispatronatus 27. Januarii 1710. S. Origini coram Lancetta, & in Pisana Prioratus 11. Aprilis 1712. S. Verùm etiam coram R.P.D. Ansaldo.

4 Et probatur paritate, si Beneficium fuisset erectum à pluribus personis, itaut unus fundasset, alius construxisset, & alius dotasset Ecclesiam, seu Beneficium; & concurrerent præsentationes eorum descendendum hæreditario nomine factæ; in hoc casu Juspatronatus esset hæreditarium, & non gentilitium, ut firmavit Rota in Firmana jurispatronatus super negocio principali 15. Decembris 1702. S. Et

clarius coram bo.me. Muto, & in Imolen. jurispatronatus 27. Januarii 1710. S. Satis, & seqq. coram R. P. D. Lancetta. Ergo etiam quando Beneficium est erectum ab una tantum persona, si concurrant præsentationes ejus filiorum, & descendendum hæreditario nomine; hoc erit hæreditarium, aut saltè mixtum, & non merè gentilitium.

5 Sed his minimè attentis cenfeo Juspatronatus, ut supra reservatum favore filiorum, descendendum, & successorum Fundatoris esse merè gentilitium, & deferri jure sanguinis, nullatenus attentæ qualitate hæreditaria, cum nomine filiorum, & descendendum, veniant omnes de sanguine, licèt non hæredes, Lambertin. de jurepat. lib.1. par.2. quæst.2. art. 8. Vivian. eodem tract. lib. 4. cap. 2. in fine, Lotter. de re benefic. lib.2. quæst. 1. nu. 54. Tondut. quæst. benefic. par.1. c.32. num. 19. & par. 3. cap. 157. n. 20. Rota decis. 288. n.10. par.7. recent. & decis. 183. n. 21. coram Buratt., & in Celsonen. Beneficii 20. Februarii 1702. S. Respectu coram bo.mem. Muto, & in Anagnina Cappellania 26. Januarii 1711. coram Molines Decano, & in Mediolanen. Prioratus super mixtura, & filiis familias 15. Junii 1705. coram Eminentiss. Priolo, & 29. Januarii 1706. coram bo.me. Caffarello inferius legen. n.38. & 49.

6 Eodem modo, quo si Juspatronatus fuisset reservatum pro Parentibus, & Consanguineis esset gentilitium, cum nomine Parentum, & Consanguineorum veniant omnes illi, qui sanguinis vinculo conjuncti sunt, tam ex latere agnatio, & cognatio Patris, quàm ex latere cognatio Matris, Card. de Luca de jurepatr. discurs. 28. n.11. Peregrin. de fideicom. art. 22. n. 31. & 34. Rota in Interammen. jurispatronatus 22. Martii 1706. S. Ulterius, & 10. Decembris ejusdem anni S. Quod coram Eminentiss. Scotto, & in Carpentoraten. donationis 4. Februarii 1709. S. De intentione coram Reverendiss. Molines Decano.

7 Ratio autem est, quia Fundator reservando Juspatronatus pro ejus filiis, descendendum, & successoribus nullatenus respexit ad qualitatem hæreditariam, sed solum ad qualitatem sanguinis, & constituere voluit Juspatronatus gentilitium descendendum minùs rigorosè sumptum, & comprehensivum omnium de sanguine, in quo

quo quidem omnes de sanguine per modum unius Collegii succedunt, & admittuntur, sive hæredes sint, sive non, sive agnati, sive cognati, *Rot. in Balneoregion. Beneficii 21. Januar. 1707. §. Pro ipso coram R. P. D. Kaunitz*; Nisi constaret de contraria mente Fundatoris; ut si fuisset ab ipso reservatum, & limitatum Juspatronatus pro eis de familia de certo loco; ex. gr. fuisset reservatum pro ejus filiis, & descendantibus, & successoribus de loco, aut Civitate A. Tunc enim licet Juspatronatus esset gentilitium descensivum, & minus rigorosè sumptum; tamen si de tempore hujus reservationis adessent alii filii, descendentes, & successores ejusdem Fundatoris morantes in alia Civitate; isti non succederent, nec essent admittendi ad Juspatronatus gentilitium; ut solidissimis fundamentis resolutum fuit à *Sac. Rota in Mediolanen. Beneficii 30. Januar. 1711. §. Et sanè cum seqq. coram R. P. D. Ansaldo*. Aut nisi à Fundatore fuissent vocati ejus consanguinei prælativè ad consanguineos consanguineorum; tunc non omnes consanguinei, & descendentes Fundatoris succederent in Jurepatronatus, sed consanguini ei Fundatoris prælativè ad consanguineos consanguineorum, ad *Text. in l. quoties ff. de usufruct. l. generaliter §. proinde ff. de fideicom. Liberi. Capon. discept. 101. n. 1. Rota in Valentiana Beneficii 6. Decembris 1713. coram R. P. D. Lancetta*. Ea ratione, quia à Patronatu restricto taxativè ad certum genus personarum, excluduntur omnes illi, qui non sunt de illo genere, *Rota in Lucana Beneficii 26. Junii 1709. §. Non quidem coram R. P. D. Falconerio*.

9 Quod quidem absque difficultate procederet, si concurreret observantia, nimirum si in successivis vacationibus Beneficii, filii, & descendentes præsentaverint absque qualitate hæreditaria, seu nunti hæredes, quæ observantia sola sufficeret pro concludenti probatione qualitatis Patronatus gentilitii, *Tondur. quæst. Benefic. par. 3. cap. 157. n. 41. Capon. discept. forens. 233. n. 9. tom. 4. Rota decis. 41. n. 20. post Vivian*. Aut si concurrerent præsentationes factæ non in stirpes, sed in capita, quibus arguitur qualitas Patronatus gentilitii; dum Juspatronatus tale censetur, quale designatur in præsentationibus

Pars II.

effectum fortitis, ut docent *Gratian. discept. for. cap. 521. n. 17. & 19. Rota decis. 482. n. 6. par. 1. rec., & decis. 163. n. 9. coram Merlin. & in Romana Cappellania S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Ad rem coram R. P. D. Ansaldo superius impres. casu anteced. in fin., & in Tiburtina Cappellania 16. Martii 1711. coram Etno Priolo. §. De qualitate, & in Mediolanen. Prioratus super qualitate agnativa 18. Junii 1703. §. Confirmatur coram Eminentiss. Scotto inferius legen. n. 23., & super mixtura, & filiis familias §. Veteribus, & §. Et demum 15. Junii 1705. coram Eminentiss. Priolo, & 29. Januarii 1706. §. Accedit coram bon. mem. Caffarello*.

11 Aut denique si filii unà cum Patre in vacationibus Beneficii fuerint admissi ad præsentandum; ex hujusmodi enim præsentationibus factis à filiis unà cum Patre optimè arguitur qualitas gentilitii Jurispatronatus; dum solùm in Jurepatronatus gentilitio minus rigorosè sumpto filii admittuntur simul cum Patre ad præsentandum, non verò in Jurepatronatus hæreditario, aut mixto, ut firmavit *Rota in Comen. Cappellania 31. Martii 1702. §. Exordiendo coram Eminentiss. de la Tremoille, & in Mediolanen. Præpositura 3. Martii 1704. coram R. P. D. Ansaldo, in Romana Cappellania S. Nicolai 28. Junii 1709. §. Evamida coram R. P. D. Ansaldo, & in Pisana jurispatronatus 26. Junii 1709. §. Procedendo coram Eminentiss. Priolo, & in dicta Mediolanen. Prioratus tam super qualitate agnativa §. Rursus, quam super mixtura §. Firmata inferius legen.*

13 Firmata ex his qualitate gentilitii hujusmodi Jurispatronatus sic reservati pro filiis, descendantibus, & successoribus Fundatoris non obstant superius in contrarium deducta. Sciendum est enim, quòd verbum *successores* est universale, & genericum; & æquè indifferens comprehendendi successores bonorum, & successores sanguinis, aut successores bonorum simul, & sanguinis, *Rota in Romana Cappellania 3. Junii 1711. §. Agnito coram R. P. D. Ansaldo*, Si enim illud est adjectum verbo *filiis, & descendantibus*, comprehendit solùm successores sanguinis, juxta *Rotam in dicta Mediolanen. Prioratus super qualitate agnativa §. Minus relevat coram Eminentiss. Scotto, & super mixtura, & filiis*

liis familias 15. Junii 1705. §. Absque eo quod coram Eminentiss. Priolo, & 29. Januarii 1706. §. Siquidem coram bon. mem. Caffarello. Si est adjectum verbo *heredibus*, ut si fuisset dictum pro *heredibus*, & *successoribus*, comprehendit solum successores in hereditate, & reddit Juspatronatus hereditarium, ea ratione, quia quoties nulla descendendum mentio facta est in fundatione Juspatronatus, illud dicitur hereditarium, ad *Text. in Clement. Plures de jurepatr. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 11. num. 12. & seqq. Gratian. cap. 577. nu. 44. in fin. Tondut. quest. benef. par. 3. cap. 157. nu. 16. & cap. 118. num. 13. par. 1. Rota decis. 122. n. 7. coram Durano, & decis. 275. n. 5. par. 7. rec.*, & in *Romana, seu Parmen. juspatronatus 13. Decembris 1700. §. Docuit coram Reverendissimo Molines Decano*. Præcipue si fuisset adjectum verbo *heredibus* cum dictione *quibuscumque*, nimirum fuisset dictum pro *heredibus*, & *successoribus quibuscumque*; tunc enim comprehenderet omnes heredes tam sanguinis, quam extraneos; tam universaliter, quam particulariter institutos: Dicitio enim *quibuscumque* est adeo effrænata, ut comprehendat etiam personas, quæ aliàs in dispositionibus non comprehenderentur, *Rot. decis. 46. nu. 41. & seqq. in annot. par. 9. tom. 1. rec.*

15. Quod tamen limitatur in casu, quo aliter constaret de mente Fundatoris; fieri namque potest, quod Juspatronatus, licet reservatum pro *heredibus*, & *successoribus*, adhuc non sit hereditarium, sed gentilitium, aut mixtum; quando ex verbis fundationis eruitur, Fundatorem respexisse ad heredes, & successores sanguinis: ex. gr. si Fundator deficientibus heredibus, & successoribus progressus fuisset ad alios substitutionum gradus favore plurium ejus consanguineorum; tunc nomine heredum, & successorum non venirent heredes extranei, sed sanguinis; aliàs substitutio favore consanguineorum impleri non posset, iuxta *Rot. in dicta Romana, seu Parmen. juspatronatus 13. Decembris 1700. §. Quia coram Reverendissimo Molines Decano, & in Romana Cappellania 3. Junii 1711. §. Facti cum seqq. coram R.P.D. Anfaldo*.

16. Si verò est adjectum verbo *heredibus* cum dictione *suis*, ut fuisset dictum pro

heredibus, & *successoribus suis*, tunc verbum *successores* comprehenderet successores hereditatis simul & sanguinis, & redderet Juspatronatus mixtum; cum nomine *suorum* veniant omnes descendentes sanguinis in infinitum, omnesque consanguinei per cognationem descendentes, *Fusar. de substit. q. 338. num. 1. & seq. Peregrin. de fideicom. art. 22. n. 38. Rota. decis. 112. n. 5. par. 6. & decis. 46. nu. 12. & seq. par. 9. tom. 1. recent.*, & in *Balneoregion. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Multo magis coram R.P.D. Kaunitz*; In casu præsentis verbum *successores* fuit adjectum *filii*, & *descendentibus*, & consequenter comprehendit omnes de sanguine Fundatoris, nullatenus attentata qualitate hereditaria, juxta auctoritates superius relatas §. *Firmata*.

17. Absolutè non subsistit, quòd ad hoc, ut Juspatronatus dicatur gentilitium, requiratur, quòd comprehendat solum eos, qui habent cognomen Domus, & Familiæ; non verò extendatur ad eos, qui licet de sanguine, non habent hujusmodi cognomen. Quoniam distinguendum est inter Juspatronatus gentilitium familiare, & agnaticum, & rigorosè sumptum, & Juspatronatus gentilitium descensivum, & minùs rigorosè sumptum, juxta distinctionem delumptam à *Card. de Luca de jurepatr. disc. 60. n. 30. & disc. 22. n. 10. & à Rota in Balneoregion. Beneficii 21. Januarii 1707. §. Pro ipso, & seqq. coram R.P.D. Kaunitz*; Ad hoc, ut Juspatronatus dicatur gentilitium rigorosè sumptum requiritur, quòd comprehendat solum eos, qui habent cognomen Domus, & Familiæ; sed ad hoc, ut Juspatronatus dicatur gentilitium minùs rigorosè sumptum, prout est illud reservatum pro *filii*, & *descendentibus*, & *successoribus*, non requiritur, quòd comprehendat solum eos, qui habent sanguinem agnaticum, & cognomen Domus, & Familiæ; sed potest, & debet comprehendere omnes de sanguine, sive sint agnati, sive cognati, *Carol. Anton. de Luca de linea legal. art. 23. n. 11. vers. verius est, Rota in Mediolanen. Præpositura 3. Martii 1704. §. Quoties coram R.P.D. Anfaldo*.

Nec obstaret si filii, & descendentes fundatoris in aliquibus vocationibus beneficii præsentassent hereditario nomine,

ne, & cum expressiva uti filii, & heredes. Ex hoc enim argui non posset præfatum Juspatronatus esse hæreditarium, & aut saltèm mixtum; ratio est, quia hujusmodi mentio heredum in illis præsentationibus staret demonstrativè ad demonstrandum scilicet, quòd ipsi non solum erant filii, sed etiam hæredes fundatoris, non verò taxativè, scilicet, quòd ad obtinendum hujusmodi Juspatronatus requiratur in ipsis qualitas hæreditaria; & ratio est, quam dat Soccin. sen. conf. 57. n. 4., & seqq. lib. 3. quia quando fit mentio de hærede in materia non transitoria ad hæredes extraneos verbum heredes exponitur, idest liberi, & descendentes; sed ex dispositione fundatoris apparet, quòd supradictum Juspatronatus non est transitorium ad hæredes extraneos, existentibus ejus descendentes, cum pro eis fuit ab eodem fundatore reservatum; igitur verbum heredes intelligi debet de descendentes ad Text. in L. Divus ff. de integr. restit. Cap. afferre de præsumpt. Soccin. ubi supra Rota decis. 563. n. 22. coram Merlin.

19 Multo minus ex hujusmodi præsentationibus hæreditario nomine factis argui posset præfatum Juspatronatus esse hæreditarium, aut saltèm mixtum, & non gentilium; si adesset, Instrumentum foundationis, ex quo clarè constaret de qualitate gentilitia Jurispatronatus, aut si concurrerent alia præsentationes in contrarium factæ cum expressione uti filii, & descendentes; Quoniam licèt eadem præsentationes factæ hæreditario nomine aliquam vim facere possent, quando non constaret de pertinentia, & proprietate Jurispatronatus, eo quia esset deperditum Instrumentum foundationis, aut non adesset alia præsentationes in contrarium emissæ cum sola expressione sanguinis, stante generica Juris præsumptione militante potiùs in dubio pro Jurepatronatus hæreditario, quam gentilium, juxta Gloss. in Clement. Plures in princip. sub S. Colligo aliqua de jurepat. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 11. n. 19., & seqq. Rota in Pisana Prioratus 11. Aprilis 1712. S. Hoc igitur coram R. P. D. Anfaldo, & in Nolana beneficii 2. Maji 1712. S. Nil juvante coram R. P. D. Falconerio. Tamen quando adest Instrumentum foundationis clarè

præferens qualitatem gentilitiam Jurispatronatus, illæ dicuntur abfortæ à petitorio. Abb. in cap. Consultationibus de jurepat. Rota in Mediolanen. Archipresbyteratus 27. Januarii 1710. S. Quintimo coram R. P. D. Falconerio. Et in concursu aliarum præsentationum, quæ apparent factæ ad formam dispositionis Testatoris, Erektionis beneficii, & Reservationis Jurispatronatus, & collegialiter in capita, & cum expressione uti filii, & descendentes, non sunt attendendæ ad effectum declarandi Juspatronatus hæreditarium, aut mixtum contra expressam erectionem, & foundationem beneficii, dum præsumuntur clandestinæ, & factæ ignorantè à filiis, & descendentes, Rota in dicta Mediolanen. Prioratus super qualitate agnativa S. Neque demum coram Eminentiss. Scotto, & super mixtura, & filiis familias 15. Junii 1705. S. Maxime, & S. Coadjuvantibus coram Emo Priolo.

20 Minusque adversatur paritas in contrarium superius adducta; disparitas enim est evidens dum in casu dicta Imolen. jurispatronatus deficiebat positiva reservatio Jurispatronatus pro filiis, & descendentes, itaut ex præsentationibus subsecutis hæreditario nomine, & per quotas, & portiones, & effectum sortitis argui poterat qualitas hæreditaria Jurispatronatus, maximè attenda admixtione diversarum personarum erigentium Beneficium; quæ excludit quancumque præsumptionem, quòd illi propriæ agnationis decori consulere voluerint, etiam si in institutionibus concurrerent enunciativæ ab ordinariis emissæ, quòd Juspatronatus spectaret ad familias earum personarum, quæ erexerunt beneficium; quia ut prosequitur eadem Rota in S. Atque ex his hujusmodi enunciativæ non starent taxativè ad declarandam qualitatem Jurispatronatus, sed demonstrativè ad significandum, quòd præsentantes erant dictarum familiarum; at in casu præsentati adest positiva reservatio pro filiis descendentes, & successoribus fundatoris; Et etiam si deficeret hujusmodi reservatio; adhuc ad arguendam qualitatem Jurispatronatus potiùs essent attendendæ præsentationes factæ cum expressiva uti filii, & descendentes, quàm illæ factæ hæreditario nomine, stante unicitate personæ fun-

fundantis beneficium, quæ præsumitur consulere voluisse propriæ agnationis de-
22 cori, maximè si essent effectum fortitæ,
& posteriores, cum status anterior per
posteriorem immutetur juxta *Gonzal. ad
regul. 8. Cancell. gloss. 7. n. 26. & seqq. &
alios, quos refert Rota in dicta Mediolanen.
Prioratus super qualitate Agnatiua* §. Sed
quatenus coram *Eño Scotto*.

Dixi superius num. 12. quòd in Jure-
patronatus Gentilitio Filii admittantur
simul cum Patre ad præsentandum. Sed
quo sensu hoc procedat præsupponenda
est theoricæ, & distinctio comunitè à
Doctoribus admittitur inter vocationem ad
Juspatronatus collectivam personarum,
& vocationem collectivam Personarum,
& Graduum. Quando agitur de vocatione
collectiva personarum, ut si Juspatrona-
tus fuisset reservatum pro *Domo, Familia
Cippo, Parentibus, Prosapia*, tunc omnes
de dicta collectiva tam fœminæ, quàm
masculi; tam proximiores, quàm remo-
tiores admittuntur ad præsentandum, nisi
huic collectivæ personarum adjecta fuerit
qualitas masculinitatis, ut si fuisset refer-
vatum Juspatronatus pro *eis de Domo,
Familia, Cippo masculis, seu per lineam ma-
sculinam*; tunc enim si in dicta collectiva
personarum essent plures personæ mascu-
li, & fœminæ; masculi, seu habentes qua-
litem masculinitatis habere deberent
Juspatronatus, exclusis fœminis de dicta
collectiva, quæ non nisi per posterius, &
indefectum masculorum admitti possent
ad præsentandum; ut nomine *Domus, Fa-
milie, Cippi*, venire omnes de dicta Do-
mo, Familia, Cippo tam masculi, quàm
fœminæ firmant *Card. de Luc. de fideic.
disc. 35. n. 6. & 7. Vivian. de jurepat. lib. 4.
cap. 9. num. 9. & seq. Rot. coram Coccin. de-
cis. 1666. num. 7. & decis. 97. num. 7. & de-
cis. 268. num. 4. par. 19. rec. & in Interam-
nen. jurispatronatus 22. Martii 1706.
§. Quod enim cum seqq. coram Eño Scotto*.

Quando verò agitur de vocatione col-
lectiva personarum, & graduum, ut si Jus-
patronatus fuisset reservatum pro *Consan-
guineis descenditibus, aut pro consangui-
neis proximioribus*; tunc non omnes per-
sonæ de dicta collectiva admittuntur ad
præsentandum; sed successio in Jurepa-
tronatus defertur gradatim in magis pro-
ximos, etiam si sint fœminæ exclusis remo-

tioribus. *Vitalin. in Clement. plures sub
num. 42. in fin. de jurepat. Lambertin. cod.
tract. lib. 1. part. 2. quest. 2. art. 16. sub
num. 3. Vivian. tractat. part. 1. lib. 4.
cap. 9. num. 111. R.P.D. Ansaldo in Adnot.
ad suam decis. inter impressas in ordine 52.
num. 23. cum seq.* Præsupposita hujusmo-
di theoricæ; quòd filii admittantur unà
cum patre ad præsentandum in Jurepatro-
natus gentilitio; procedit quando agitur
de vocatione collectivæ personarum ad
Juspatronatus; secus si vocatio sit colle-
ctiva nò dum personarum, sed etiam gra-
duum, tunc filii non possunt concurrere
cum eorum patre, sed successio est gra-
datim facienda in magis proximis, ut ex-
pressè resolutum fuit à S. Rota in *Pisana,
jurispatronatus 26. Junii 1709. §. Proce-
dendo cum seqq. coram Eminentiss. Priolo*;
Quæ decisio cum sit magistralis, hinc eam
imprimi congruum duxi.

R. P. D. SCOTTO

Mediolanen. Prioratus

Super qualitate agnatiua.

Luna 18. Junii 1703.

Qualitatem merè agnatiuam contro-
versi Jurispatronatus Sanæ Mariæ
de Campo Mortuo, quàm Marchio
Angelus tam nomine proprio; quàm uti
Procurator aliorum Patronorum de fami-
lia Mantegatia in vacatione anni 1673.
præ viribus substinuerat; ut probant in-
formationes ad ejus instantiam tunc di-
stributæ, & habetur ex *Card. de Luca de
Jurepatr. disc. 76.*, & quod magis est, ob-
tinuerat etiam in nostro Tribunali cano-
nizari, ut patet ex *decis. 503. par. 18. recen.,
& coram Ubago decis. 24. & 30.*, contro-
vertebat hodie unà cum nonnullis aliis
Patronis, qui pariter, vel quorum Autho-
res in dicto statu anni 1673. in causa ex-
titerant, sed pugnantibus cæteris Com-
patronis pro dicta qualitate agnatiua,
DD. in hodierna audientia materiam, ut
par erat, in hoc petitorio judicio, aliis
reassumentes, non dubitarunt sub con-
gruo dubio requisiti respondere--*Juspa-
tronatus esse merè agnatiuum*.

Deficiente liquidem ex temporis anti-
quitate, & edacitate foundationis Instru-
23 mento, agnatiuam qualitatem abunde

com-

comprobant ea omnia documentorum genera, quæ illius defectum in hac materia supplere solent. Et primò quidem se offerunt monumenta, & inscriptiones antiquæ, quarum altera in Ecclesia existens ita cantat -- *Mantegatia Domus Templum hoc struxit Agro pingui, multoque reddito, Patronatus titulo donavit* -- altera verò in Turri Campanaria insculpta -- *Patronatus de Mantegatiis* -- quæ quidem verba qualitatem agnatiitiam apertissimè comprobant, ut dixit *Rota decis. 159. n. 8. coram Priolo, & in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Confirmantur coram R. P. D. meo de la Tremoille, & de hoc eodem Jurepatronatus in decis. 24. n. 6. & 7. coram Ubago.*

Consonat secundò præsentatio anni 1490. effectum fortita, in qua dicitur Prioratum esse de Jurepatronatus agnationis 24 de Mantegatiis ibi -- *Prioratus de jurepatronatus infrascriptorum de agnatione, de Mantegatiis* -- quæ quidem enunciativa qualitatem agnatiitiam præferens, tamquam antiquissima plurimum attendi debet ad qualificandum Juspatronatus *Rota decis. 482. n. 3. par. 1. recen., & in dicta Comen. Cappellaniæ §. Neque istius coram R. P. D. meo Tremoille, & in dicta decis. 24. n. 2. & 3. coram Ubago.*

Tertiò hujusmodi qualitas magis elucescit ex Indultis Apostolicis Pauli II., 25 Sixti IV., & Innocentii VIII., ex quibus plura habentur argumenta concludentia qualitatem familiarem; in illis enim iteratè declaratur Juspatronatus spectare ad domum, & familiam de Mantegatiis, ex quibus verbis potissimum argui qualitatem gentilitiam, & familiarem probant *Gabriel. conf. 196. n. 2. lib. 2. Rota decis. 159. n. 8. coram Priolo, & in Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Ex qua præsentatione, & seqq., & in Fossanen. jurispatronatus 12. Martii proximè præteriti §. Accedente coram R. P. D. meo Caprara.*

Ulteriùs in iisdem Indultis pertinentia Patronalis tribuitur pluribus, & diversis 26 personis sub ea quidem expressione, quod sint de familia, & sanguine de Mantegatiis, sed nulla facta mentione qualitatis hæreditariæ, nec respectu fundatorum, nec quoad ultimos possessores, ex quo resultat validissimum argumentum, quòd Summi Pontifices ex antiquis documentis in eorum Indultis enunciatis

recognoverint qualitatem hæreditariam non requiri, sed sufficere illam sanguinis, *Vivian. de jurepatr. lib. 4. cap. 1. sub n. 71. §. tertio quia, Rota coram Priolo decis. 159. n. 2., decis. 220. n. 12. par. 11. recen., in Bononien. Beneficiorum 28. Junii 1690. §. Secundò quia coram bo. me. Ursino, & in Comen. Cappellaniæ 31. Martii 1702. §. Similiter coram R. P. D. meo de la Tremoille.*

Rursus Summi Pontifices, & signanter Paulus II., & Innocentius VIII. admiserunt ad præsentandum filios familias unà 27 cum Patribus viventibus, quòd pariter probat qualitatem familiarem exclusivè à quacumque mixtura hæreditaria, cum filius non possit esse hæres Patris viventis, *Gratian. discept. foren. cap. 521. n. 23., Rota coram Priolo. decis. 43. n. 11. & 15., & decis. 159. n. 5., & in dicta Bononien. Beneficiorum §. Tertio, quia coram bo. me. Ursino.*

Collimante in idem altera parte dispositiva Indulti Paulini, in qua dictus 28 Summus Pontifex voluit jus præsentandi in prima, & secunda vacatione spectare ad Simonem, & Franciscum illius filium; in ulterioribus verò prævalere præsentationem majoris partis Patronorum consortium, scilicet de domo, & familia Mantegatia, & eorum descendendum, & posterorum; cum enim vigore dictæ dispositionis successio deferatur in capita, nulla habita distinctione gradus, vel proximitatis, exinde elicitur, quòd Juspatronatus sit merè agnatiitium, & familiare, non autem mixtum, in quo successio defertur gradatim, & in stirpes, *Card. de Luca de jurepatr. discurs. 33. à n. 8. ad 10., & disc. 61. num. 9. ad 12., Rota coram Priolo decis. 43. n. 8. & seqq., & decis. 159. n. 12. & seqq., cum aliis cumulatis in decis. Reverendissimi D. mei Decani eminata in hac Causa sub die 11. Decembris 1699. §. Nec ad minuendum, & seqq.*

Confirmatur quartò assumptum ex subsequuta observantia, juxta quam in omnibus 29 statibus, & signanter in tribus posterioribus Patroni præsentarunt in capita, & non in stirpes, nulla in eis facta probatione, vel mentione qualitatis hæreditariæ, sed tantum, quòd essent Consortes de familia Mantegatia, & admisi fuerunt filii familias unà cum Patribus, quæ omnia sicuti repugnant cum qualitate mixta, & congruunt gentilitiæ, ita hujusmodi

modi observantia, quam omnes Patroni totis viribus, etiam in statu anni 1673. ad hunc effectum promovebant in nostro Tribunali coram Taya, & Ubago, præfert plenam probationem qualitatis merè familiaris, ut probant *Card. de Luca de jurepatr. discurs. 60. n. 9.*, *Vivian. eodem tractatu lib. 4. cap. 9. n. 28. & seqq.*, *Caren. resol. 10. n. 1.*, *Rota decis. 46. n. 4. & 5. coram Priolo*, in *Faventina Beneficii 11. Decembris 1702. §. Et nihilominus*, & *§. Ex his itaque*, & in *Fossanen. jurispatron. 12. Martii proxime præteriti §. De jurepatronatus coram R. P. D. meo Caprara*.

30 Quintò. Comprobata remanebat qualitas gentilitia ex confessione Patronorum in dicto statu anni 1673., cum enim in illo Patroni omnes non solum judicialiter admiserint, sed acriter propugnaverint controversum juspatronatus esse merè agnaticum, non possunt nunc iidem, vel habentes causam ab eis amplius hanc qualitatem controvertere, cum dicta confessio contra illos plenè probet, ut in his terminis dixit *Rota decis. 183. n. 6. & seqq. & decis. 792. per tot. coram Buratt. dec. 194. n. 8. par. 11. rec.*, in *dicta Faventina jurispatronatus §. Habetur denique*, & in *dicta Fossanen. jurispatronatus §. Et magis coram R. P. D. meo Caprara*.

31 Omnem denique ambagem removebat res judicata emanata in dicto statu anni 1673.; Siquidem cum Ordinarius Mediolanen. per ejus sententiam canonizaverit *constare de pertinentia patronali DD. de domo Mantegatia*, & illius sententia fuerit confirmata per geminas conformes nostri Tribunalis coram Taya, & Ubago, utique visum est DD. nihil ulterius superesse, quin hoc Juspatronatus dicendum esset agnaticum, & familiare, cum res judicata pro veritate haberi debeat *l. res judicata ff. de regul. jur.*, & tamquam lata cum legitimis contradictoribus, & patronis in Causa existentibus faciat jus, non solum quoad tunc citatos, sed etiam quoad alios, si qui forsan in judicio tunc non extitissent *lingenuum Cod. de stat. bom.*, & in his terminis dixit *Rota decis. 482. n. 5. par. 1. recen.*, & in *Comen. Cappellania 31. Martii 1702. §. Et his quoque coram R. P. D. meo de la Tremoille*.

32 Et licet in dictis sententiis explicitè non fuerit firmatum, quòd Juspatrona-

tus sit merè agnaticum, sed tantum, quòd spectet ad illos de domo, & familia Mantegatia; ex quo inferebatur perscribentes pro Marchione Angelo, & litis confortibus non repugnare, quòd nunc canonizetur mixtum: Tamen cum ex documentis productis, informationibus à patronis tunc distributis, & ex decisionibus in causa emanatis habeatur hujusmodi qualitas agnaticia, tacitè etiam dicitur inesse in sententiis, quæ declarantur ex actis, & decisionibus illas præcedentibus *cap. dilectus de offic. Ordin. Scacc. de senten.*, & *re judic. gloss. 14. par. 17. n. 13.*, *Rota decis. 76. n. 16. & seq. par. 9. & decis. 349. n. 12. par. 12. recen.*

33 Probata ex hæcenus dictis qualitate agnaticia controversi Juspatronatus, tum ex monumentis antiquis, & Pontificiis declarationibus, tum ex subsequuta observantia, confessionibus Patronorum, & re judicata: non obstat, quòd præsumptio juris, ubi non constat de fundatione, stet pro qualitate hæreditaria juxta *Text. in Clem. plures de jurepatr.*, nam ultra quod in concursu tot probationum veritatem rei constituentium non poterat esse locus præsumptioni, cum agatur de Juspatronatu antiquissimo, neque habet locum dicta præsumptio, quòd sit hæreditarium ad normam præcitatæ *Clem.*, sed intrat contraria, quòd sit gentilitium, nè dentur quæstiones inextricabiles, ut in puncto dixit *Rota decis. 159. num. 20. coram Priolo*, in *Bononien. Beneficiorum 28. Junii 1690. §. Qualitas coram bon. mem. Ursino*, & in *dicta Comen. Cappellania §. Non enim coram R. P. D. meo Tremoille*.

34 Minus relevat, quòd indulta Apostolica, & signanter illud Sixti IV. declarent Juspatronatus spectare ad familiam Mantegatiam, illiusque posteros, & successores; Nam licet verba posteri, & successores de sui natura apta sint comprehendere etiam hæredes, & importare valeant mixturam, tamen cum ex toto contextu Indulti appareat Pontificem loqui de Juspatronatu gentilitio; verbum *successores* ex subjecta materia restringitur ad successores sanguinis, ut explicando hæc eadem Indulta respondit *Rota coram Ubago decis. 24. n. 17. & seqq.*, & *decis. 503. n. 13. & seqq. par. 18. recen.*, & in fortioribus, quòd etiam verbum *hæredibus* ex subjecta mate-

mate-

materia intelligatur de hæredibus sanguinis, in nostris terminis *Rota decis. 46. num. 28. decis. 159. num. 19. coram Priolo, & decis. 662. num. 10. par. 19. tom. 2. recen.*

Prout nec magis urget, quòd Innocentius VIII. concesserit facultatem Thomasio alienandi dictum Juspatronatus in alios de familia. Etenim hujusmodi concessio vel intelligi debet compatibiliter cum qualitate gentilitia, nempe temporali, & durante vita alienantis, eo modo quo facultas alienandi non destruit naturam investituræ pactionatæ, ut dixit *Rota decis. 79. n. 2. & seqq. par. 16. decis. 83. n. 3. & seqq. par. 18., & in Amerina emphyteusis. 12. Junii 1693. S. Idque coram Reverendiss. D. Turonen., & 15. Februarii 1694. à S. Supposita, ad finem coram bo. mem. Vrsino; Vel quatenus etiam dicta concessio intelligenda sit indefinitè, tantùm abest, ut probet qualitatem mixtam, quin potiùs convincat agnaticiam, & familiarem; cùm enim talis facultas fuerit concessa, per modum privilegii, & privilegium sit concessio contra juris dispositionem *Can. fin. 25. quæst. 1. cap. privilegia distinct. 3. Barbof. in cap. sanè de privil. n. 10. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 35. nu. 5. & seqq.* Exinde arguitur, quòd natura Juspatronatus esset in contrarium, quodque talis facultas non potuisset competere, nisi Pontifex expressè concessisset *l. jus singularè ff. de leg. Rot. decis. 19. n. 10. post Antonell. de jur. & oner. Cleric., & in Salisburgen. juris Metropolitanici 26. Novembris 1691. S. Ex quibus coram R. P. D. meo Priolo.**

Neque demum refert, quòd in antiquis præsentationibus annorum 1490. 1496., & 1587. habita fuerit mentio qualitatis hæreditariæ; quia in concursu tot aliarum præsentationum, quæ apparent factæ collegialiter in capita, & sub unica expressione, quòd Nominantes essent de domo, & familia, attendi non merentur pauca præsentationes, quæ præsumuntur clandestinæ, nec docentur effectuatæ, prout esset necessarium, ut ex illis desumi posset qualitas Juspatronatus, *Tondur. resol. benefic. par. 3. cap. 157. n. 41. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 45. S. 2. n. 37. Rota decis. 563. n. 23. coram Merlino, & decis. 43. n. 18. & 19. coram Priolo.*

Sed quatenus etiam doceretur de illa

larum effectuatione, adhuc nihil relevant ad intentum; quia cùm ex post, & signanter ab anno 1643. habeamus status uniformes legitime præscriptos spatio 40. annorum, status anterior contrarius dicitur immutatus *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 7. n. 26. & seqq. Adden. ad Pamphil. decis. 539. S. Limitatur, Rota in Barchinonen. Parochialis del Prat 2. Decembris 1695. S. Expediti coram bo. me. Vrsino.*

Et ita omiſſa responsione ad ea, quæ objiciebantur adversùs tres ultimos status tamquam latè confutata in omnibus decisionibus in Causa emanatis, ad quos Domini in hac parte relativè se habuerunt responsum fuit utraque Parte informante.

R. P. D. P R I O L O .

Mediolanen. Prioratus super mixtura,
& filiis familias.

Luna 15. Junii 1705.

Censuerunt Domini confirmandam esse Sententiam Rotalem prolatam ab R. P. D. meo Scotto super qualitate gentilitia controversi Juspatronatus S. Mariæ de Campo Mortuo Nobilis, & antiquæ familiæ de Mantegatiis, & super admissione filiorum familias ad præsentandum unà cum eorum patribus; quia licèt deficiat foundationis Instrumentum injuria temporum deperditum, agnaticia tamen qualitas illius satis, superque deprehendi posse visa fuit ab antiquissimo Indulto famem. Pauli II. ad instantiam nonnullorum Civium de domo, & familia de Mantegatiis, prævio maturo examine edito uti literaliter præferente Juspatronatus fuisse reservatum pro domo, & familia Mantegatia, eorumque posteris, & descendentibus, quo stante in dubium venire nequit quin illud dici debeat familiare, & gentilitium, non autem mixtum, ut probat *Covar. variar. resolut. lib. 2. cap. 18. n. 10. cum aliis relatis per Carol. Anton. de Luca de linea legal. art. 23. n. 10. S. Gentilitas, & firmat decisio R. P. D. mei Scotti super qualitate Agnaticia 18. Junii 1703. S. Tertiò hujusmodi qualitas.*

Abſque eo quòd mixtura argui possit ex eo, quòd in successivis Brevibus famem. Sixti IV., & Innocentii VIII. exprimat

E matur

matur, Juspatronatus fuisse reservatum ipsi Fundatoribus, eorumque posteris, & successoribus; qui alii esse nequeunt, quam hæredes sanguinis admixtam habentibus utramque qualitatem, nempe sanguinis, explicatam per verbum *posteris*, hæreditariam verò inductam expressè per verbum *successores*, ut advertunt *Card. de Luca de jurepatronat. disc. 24. nu. 6. Covarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 18. n. 6. & seqq.*, & *Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. cit. artic. 23. eodem n. 10.* Quia cum in dictis posterioribus Brevibus habita fuerit expressa relatio ad illud Pauli II., vigore cujus illi de familia Mantegatia reintegrati fuerunt ad Juspatronatus, quòd ex negligentia in præsentando amiserant, & ex eo appareat illud fuisse reservatum tunc supplicantibus de Domo Mantegatia, eorumque posteris, & descendentibus; verbum *successores* appositum in dictis posterioribus Indultis Sixti IV., & Innocentii VIII. accipi non debet in tota sui latitudine, apta comprehendere hæredes sanguinis admixtam habentes qualitatem hæreditariam; sed restrictionem, perneceffe patitur ex subjecta materia ad solos successores sanguinis, cum præsertim Innocentius VIII. promiscuè usus fuerit verbis *posteris, & Successores, ac posteris, & descendentes*, adeòque semper crescat inverisimilitudo, quòd eisdem pro synonymis habitis derogare voluerit ex illis naturæ Juspatronatus pro gentilitia, priùs recognita à Paulo II., ut hæc eadem Indulta explicando respondit *Rot. coram Ubago decis. 24. nu. 18. & in recent. decis. 503. n. 13. & seqq. par. 18.*, & in fortioribus terminis de nomine *hæredum*, quòd restringatur ad hæredes sanguinis, nec comprehendat descendentes ex fœminis, si aliunde pateat agi de Juspatronatus gentilitio firmavit *coram Priol. decis. 46. n. 28. coram Ubago. decis. 24. nu. 19. in Comen. Cappellania 31. Martii 1702. S. Quin dici valeat coram R. P. D. meo de la Tremoille, cum aliis relatis in dicta decisione R. P. D. mei Scotti S. Minus relevat.*

41 Certius, quia in ipsa Bulla Innocentii filii fuerunt admissi ad præsentandum insimul cum patre; quo circa eo minus præsumi potest, quòd dictus Summus Pontifex imprimere voluerit in Juspatronatus præsentam mixturam, vigore cujus

proximiores præferuntur remotioribus, & persona disparis gradus admittuntur tantum ordine successivo, ut optimè notat *Spad. consil. 12. n. 8. & 19. tom. 2. Gratian. discept. forens. cap. 521. n. 25. Rot. in Florentina juspatronatus de Riccasolis relat. per Vivian. de jurepatronat. lib. 4. cap. 1. n. 71. coram Priol. decis. 159. n. 5.*, & bene advertit *Rot. coram Ubago. d. decis. 24. n. 18. & plenius dec. 503. n. 14. par. 18. rec.*

42 Clariorque evadit hic intellectus, dum eidem consonant vetera monumenta, & inscriptiones antiquæ, quarum altera existens in Ecclesia legitur sub his verbis concepta -- *Mantegatia Domus Templum, struxit, agro pingui, multòque redditu Patronatus titulo donavit*, altera verò in Turri Campanaria incisa, & insculpta aliis componitur ibi -- *Patronatus de Mantegatia* -- ex his enim qualitatem gentilitiam, & familiarem Juspatronatus concludi testatur *Rota*, & quidem de hoc ipsomet Juspatronatus in dicta dec. 24. n. 6. & 7. coram Ubago, & generaliter dec. 159. n. 8. coram Priolo, & in *Comen. Cappellania 31. Martii 1702. S. Confirmatur coram R. P. D. meo de la Tremoille, cum aliis adductis in dicta altera decisione R. P. D. mei Scotti S. Deficient siquidem.*

43 Veteribus, æternisque inscriptionibus adstipulantur pervetustæ præsentationes, & præsertim illa sequuta, & effectum sortita anno 1490., in qua cum claris notis dictum fuerit Prioratum esse de Juspatronatus illorum de agnatione de Mantegatiis, ibi -- *Qui Prioratus de jure infrascriptorum de agnatione de Mantegatiis existit* -- manifestè pariter comprobatur Juspatronatus esse merè Agnaticum, absque ulla penitus mixtura *Rota coram Ubago d. decis. 24. n. 2. & 3.*, & prosequitur *deciso R. P. D. mei Scotti S. Consonat secundò.*

44 Et demum hoc idem concludit continuata observantia, juxta quam in omnibus statibus, & præcipuè sequitis de anno 1643., 1650., & 1673. Patroni, nè dum præsentarunt in capita, & non in stirpes, & absque ulla mentione qualitatis hæreditariæ; verum etiam uti tales, & cum sola narrativa, quòd essent confortes de vera familia Mantegatia in eisdem absque gradu distinctione filii familias admissi fuerunt ad præsentandum, unà cum Parentibus, quod nullatenus congruit

gruit Juripatronatus mixto exigenti de
fui natura præsentationes factas in stir-
pes, aut pro ratis portionibus, non verò
in capita, & collegiativè, vt præter ad-
ductos in *superiori* §. *Certiùs quia* docent
Bald. in l. 2. sub n. 4. versic. sicut est juspa-
tronatus G. de suis & legit. Spad. consil. 12.
n. 6. Peregrin. consil. 33. n. 4. Card. de Luc.
de jurepatron. disc. 60. n. 9. Caren. resol. 10.
n. 1. Rota coram Priol. decis. 46. n. 4. & 5.,
& in Faventina Beneficii 11. Decemb. 1702.
§. Et nihilominus, & §. Ex his itaque coram
R. P. D. meo Caprara.

Nec eisdem contrariari visæ sunt quæ-
dam aliæ præsentationes emissæ de annis
1490., 1496., & 1587. sub expressa enun-
ciativa qualitatis hæreditariæ; quia eæ-
dem nullum effectum sortitæ, sed tantum
aliæ expletæ collegialiter nomine con-
fortum Nobilis Familiæ Mantegatiæ, ac
proinde tantum abest, ut contrariam ob-
servantiam constituere valeant, ut nec
admiriculum faciant pro verificandæ
qualitate Jurispatronatus, juxta *consil.*
Calderin. 12. de jurepatronat. aliosque rela-
tos in decis. R. P. D. mei Scotti §. Neque
denum.

Maximè quia ex post, & signanter ab
anno 1643. usque in præsens habemus
46 contrarios status uniformes legitime
præscriptos; nam si in hac materia bene-
ficiali probatio qualitatis Jurispatronatus
ex ultimo statu sufficienter evincitur, ut
tradunt *Peregrin. consil. 33. n. 4. lib. 1. Ma-*
rescott. variar. resol. lib. 1. cap. 55. nu. 1.
cum seqq. Lotter. de re Benefic. lib. 1. q. 34.
n. 40. Rota coram Priol. decis. 46. nu. 20. &
decis. 159. n. 2. potiori jure probata dici
debet à tribus præsentationibus confor-
mibus effectum sortitis, & metam qua-
draginta, & ultra annorum excedenti-
bus, quo temporis spatio nemo dubitat
qualitatem Jurispatronatus immutari pos-
se, statumque contrarium anteriorem
præscribi Gonzal. ad regul. 8. Cancellar.
gloss. 7. n. 26. & 28. Adden. ad Gregor. de-
cis. 77. n. 12. §. Prædictis, Rot. coram Sera-
phin. decis. 950. n. 2., & in Barchinonen. Pa-
rochialis del Prat 2. Decembris 1695. §. Ex-
pediri & seqq. coram bo. me. Ursino.

Maximè quia dictæ posteriores præsen-
47 tationes sunt conformes Indulto Pauli
Secundi, quod stat loco foundationis, eæ-
demque canonizatæ fuerunt per rem ju-
Pars II.

dicatam subortam occasione vacationis
anni 1673. ex sententiis Ordinarii Medio-
lanensis, aliisque geminis Rotalibus co-
ram bo. me. Taya, & Ubago, nedum ap-
probata à Marchione Angelo, qui hodie
qualitatem agnaticam aded acriter
impugnat, verum etiam ab ipsomet justi-
ficatam per productiones præsentatio-
num, & consensuum, qui fuerant colle-
gialiter præstiti resignationi à Compatro-
nis cum consortio filiorum familias de
anno 1643., & 1650. quo circa cum qua-
litas Jurispatronatus gentilitii ex facto
proprio Marchionis Angeli ad eviden-
tiam usque comprobata fuerit, aliud su-
peresse non videbatur deducendum pro
concludentiori verificatione qualitatis
ejusdem, ut probant omnes decisiones
hujus Causæ, & præcipuè *dicta decisio*
R. P. D. mei Scotti §. Quinto, & §. Omnem
denum.

Ea autem subsistente necessariò subse-
48 quitur etiam confirmatio Sententiæ Ro-
talis respectu admissionis filiorum fami-
lias ad præsentandum, juxta veriorẽ
sententiam, quam tradit *Federic. de Sen.*
in consil. 3., & amplectitur Rot. coram Pen.
decis. 934., & formiter discussio articulo
in Florentina jurispatronatus de Riccasolis
10. Martii 1603. coram Lancellotto, confir-
mata 10. Decembris 1604. per extensum
relatas à Viviani. de jurepatr. lib. 4. c. 1. post
n. 1. cum concordantibus adductis in om-
nibus decisionibus hujus Causæ coram
Reverendis. D. meo Decano 11. Decembris
1699. §. Nec ad minuendam 15. Februarii
1700. §. Concurrente coram R. P. D. meo
Ansaldo 25. Junii ejusdem anni §. Dicebat
igitur usque ad §. Desperans, & coram
R. P. D. meo Scotto 14. Februarii 1701.
§. Prædicta, & 18. Junii 1703. super du-
bio filiorum familias §. primo.

Coadjuvantibus præsertim juris assi-
stentiam Indultis Pauli II., & Innocentii
VIII. explicitè filios, unà cum patribus
invitantibus, & subsequuta observantia
resultante ex dictis tribus ultimis stati-
bus anni 1643., 1650., & 1673., ut fir-
mant omnes prædictæ decisiones; Idque
non obstante, quòd in aliis antiquis sta-
tibus non appareat illos fuisse admissos,
tum quia cum præsentare, & non præsen-
tare pendeat ab animo præsentare volen-
tis, aut nolentis, ac reputetur actus me-
rè

rè facultativus, observantia contraria probari debuisset cum necessariis requisitis prohibitionis nempe & acquiescentiæ præsentare debentis *Spad. consil. 12. nu. 9. & n. 22. & 23. lib. 2. Vivian. de jurepatron. lib. 4. cap. 9. n. 25. Rot. in recent. dec. 220. n. 24. par. 11. cum aliis notatis in d. decisione Reverendiss. D. mei Decani 15. Februarii 1700. S. Hinc superfluum, & S. Ceterum;* tum etiam quia in concursu attendi debet status firmatus in ultimis vacationibus, uti habens quoque assistentiam juris, & Indultis dictorum duorum Summorum Pontificum, juxta plenè firmata in *decisione edita super dubio filiorum familias 18. Junii 1703. S. Certius, & comprobant omnes aliæ decisiones tam Reverendiss. D. mei Decani, quam R. P. D. mei Anfaldi, ad quas Domini relativè se habuerunt.*

Et ita utraque &c.

R. P. D. CAFFARELLO.

Mediolanen. Prioratus super mixturas,
& filiis familias.

Veneris 29. Januarii 1706.

DElegata mihi ad instantiam Marchionis Angeli iterum provocantis Causa appellationis à sententia R. P. D. mei Prioli confirmatoria alterius R. P. D. mei Scotti, declarantis Patronatum, de quo agitur, esse gentilitium Domus de Mantegatia, & filios familias jus habere nominandi; in hodierna Audientia dubitavi: An *Sententia Rotalis esset confirmanda, eamque confirmandam DD. censuerunt.*

Qualitatem enim gentilitiam, & familiarem Jurispatronatus DD. desumpserunt ex concessionibus Apostolicis Pauli II., Sixti IV., & Innocentii VIII., qui hujusmodi Juspatronatus reservaverunt ad consortes de Domo, & Familia Mantegatia, & ad illorum posteros, & descendentes in futurum: quæ verba indicant Juspatronatus spectare ad familiam, & esse gentilitium *Vivian. de jurepatron. lib. 4. cap. 2. n. 29. cum ibi allegat., & firmatum fuit in decis. R. P. D. mei Scotti 18. Junii 1703. S. Hujusmodi, & in decis. R. P. D. mei Prioli 15. Junii 1701. S. Absque eo quod.*

Non obstat, quòd in concessionibus Sixti IV., & Innocentii VIII. quandoque

legantur verba *posteris, & successores*, ex quibus verbis argui possit qualitas hæreditaria; cum sub nomine *successorum* veniant hæredes.

Siquidem cum concessionibus Sixti IV., & Innocentii VIII. se habeant relativè ad illam Pauli II., quæ habetur loco foundationis ex temporis antiquitate, & injuria deperditæ, & in illa legatur Juspatronatus reservatum consortibus de Domo, & Familia de Mantegatia, & illorum posteris, & descendentes; illud verbum *successoribus* debet restringi ad successores sanguinis, non ad quoscumque successores ampliari, ut firmatum fuit in *decisione R. P. D. mei Prioli S. Absque eo quod, & in decisione R. P. D. mei Scotti S. Minus obstat.* Quodque Innocentius VIII. in sua concessionem intelligere voluit per verbum *successores* solum successores sanguinis, & de familia, non autem successores quoscumque, ex eo patuit, quod illis concessit facultatem donandi, transferendi Juspatronatus de quo agitur *in alios de familia tamen dd. de Mantegatiis, tam ex testamento, quam ab intestato, & non aliàs &c.* ex quibus apparet voluisse Juspatronatus semper ad illos de familia spectare debere, & non ad externos, & ideo ad successores sanguinis tantum *Bald. in l. 2. C. de in jus voc. Bart. in l. 1. S. Personis ff. de jure imm. Din. in cap. privilegium n. 7. de regul. jur. Casad. de jurep. decis. 1. Vivian. de jurepatron. lib. 4. quest. 9. n. 30. Mill. decis. 330. num. 1.*

Idipsum suadebant vetera inscriptio-num monumenta, quorum unum extat in Ecclesia, nempe *Mantegatia Domus Templum hoc struxit, agro pingui, multoque reddito Patronatus titulo dotavit, & alterum in Campanili -- Patronatus de Mantegatiis, quæ scripturæ in marmore accedente temporis antiquitate probant Jurispatronatus qualitatem Glos. in cap. cum causam de prob., & in cap. quanto verb. patris de jur. jur. Specul. lib. 2. par. 2. de prob. S. videndum n. 12. vers. Nonò per libros 7. Bald. cons. 310. lib. 5. Coccin. dec. 1108. n. 30., & firmatum fuit in decis. RR. PP. DD. meorum Scotti S. Deficiente siquidem, & Prioli S. Clarior evadit.*

Accedit inconcussa observantia, quia semper ad hujusmodi Patronatum præsentaverunt illi de agnatione, quæ observan-

vantia est optima Interpres qualitat^{is} Jurispatronatus, & ipsorum met Patronorum confessio emissa in tot præsentationibus effectum sortitis, & ipsius Marchionis Angeli modò illam impugnantis, ut laudatæ decisiones advertunt, & quidem illa R.P.D. mei Scotti in §. Quinto comprobata cum seq. & R.P.D. mei Prioli §. Veteribus, aternisque.

54 Quin hujusmodi qualitas gentilitia fuit canonizata per tres sententias conformes, unam Ordinarii Mediolanen., alteras Rotales bo. me. Tayæ, & Ubaghi, quæ constituunt rem judicatam, & contra illam non possit opponi, ut concluditur in decis. R. P. D. mei Scotti §. Omnem denique.

55 Firmata ex his qualitate gentilitia Jurispatronatus plana fuit resolutio, quòd etiam filii familias ad hujusmodi Patronatus præsentationem admitti debebant, cum etiam illi sint de Domo, & Familia, quorum favore fuerat reservatum Juspatronatus Peregr. de fideic. art. 17. num. 39. Pen. decis. 934. n. 1. 9. maximè cum fuerint in concessionibus Apostolicis, & successivis præsentationibus admissi, R.P.D. meus Priolis in laudata decis. §. Ea autem cum seqq. & R. P. D. meus Scottus in decis. 18. Junii 1703. edita super hisce filiis familias.

Quare agnita justitia sententiarum DD. oppositam nullitatem deficientiæ, & revocationis mandati procuræ nonnullorum de Mantegatis, utpote rejectam in altera decisione super ignobilibus hac ipsa die edita coram Me non esse attendendam arbitrati sunt.

Et ita utraque &c.

R. P. D. PRIOLO

Pisana Jurispatronatus.

Mercurii 26. Junii 1709.

AD Archipresbyteratum Ecclesiæ Collegiatae Liburni Fundatum à Michaele Tana, Leonardus, & Antonius ejus filii in vacatione nuper sequuta, diversas fecerunt præsentationes, nam primus sub die 3. Novembris præsentavit Petrum Erculanum, qui cum tunc temporis non esset Clericus denuò præsentatus fuit sub die 7. Decembris, Antonius verò interim præsentavit Lucam Lacca, qui gratiam pro præsentato à Sanctissimo cum dero-

gatione medietatis vocum reportavit sub data diei 23. Novembris. Unde Petrus agnoscens, quòd nec sibi suffragaretur dicta secunda præsentatio, aliam obtinere curavit ab eodem Leonardo tam nomine istius proprio, quàm duorum ejus filiorum sub die 29. Decembris. Cum autem Ordinarius prædictæ Gratiæ Apostolicæ executor pro illius executione pronuntiaverit, causa appellationis ad Petri instantiam in hoc Sacro Auditorio mihi commissa juxta rescriptum Signaturæ, dubium hodie proposui -- An esset locus arbitrio pro retardatione Literarum Apostolicarum -- resolutum -- negativè.

56 Arbitrium enim regulatur à jure, quòd cum exigat, ut Literæ Apostolicæ, quando prout hic, sunt justificatæ, debitam habeant executionem, ad *Tex. in cap. si quando de rescriptis, & in cap. si Capitulo, ubique. Gloss. verbo exequatur de concess. præben. in 6.*, intrare per consequens non potest pro retardanda executione Literarum, de quibus agitur, ut persæpe responsum fuit coram *Mohedan. dec. 3. ut lite pendens, coram Gregor. dec. 221. num. 1., in Oxomen. Beneficii 11. Maji 1703. §. Fundamentum &c. coram Eminentissimo Cardinali Caprara, & in Orton. Beneficii 23. Martii 1708. §. Arbitrium coram R. P. D. meo Scotti.*

Justificatio autem earundem Literarum, in cæteris à Petro non controversa, acriter impugnabatur, quoad qualitatem Jurispatronatus; prætendendo illud censeferi debere gentilitium, seu familiare, itaut vocum dinumeratio facienda esset in capita, computatis cum Leonardo etiam duobus ejus filiis, juxta decisiones emanatas in *Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699.*, & *15. Februarii 1700. §. Concurrente coram Reverendissimo D. meo Molines Decano, cõfirmatas 25. Jun. 1700. §. Atque hæc coram R. P. D. meo Ansaldo, 14. Februarii 1701. §. Prædicta &c. coram R. P. D. meo Scotti, & in eadem super dubio filiorum familias 18. Junii 1703. per tot. coram eodem R. P. D. meo Scotti.*

57 Verùm quamvis Domini pro majori parte existimarent; quòd tale Juspatronatus dicendum esset potius mixtum; nam, & si Fundator voluerit -- *Che la Collazione, e juspatronato sia d'esso Oratore, e suoi Descendenti maschi in infinito, & in difetto de' maschi sia delle femine, che saran-*

no viventi durante la loro vita solamente;--
In actuali tamen Archiepiscopatus ere-
ctione declaravit eandem Dignitatem
fundare pro se, suis hæredibus, & succes-
soribus; unde Juspatronatus non gentili-
tium, sed mixtum videtur, & consequen-
ter præsentatio facienda venit in stirpes,
& non in capita, rejectis filiis, à simulta-
neo concursu cum patre; quia, eo viven-
te, non possunt esse illius hæredes *Rota*
dec. 647. num. 4., & dec. 679. num. 3., & 8.
eoram Buratt. dec. 352. num. 8. juncto n. 23.
cum seqq. par. 16. dec. 99. à num. 3. par. 17.,
& distinguendo effectum successionis pro
exclusionem extraneorum ab alio compu-
tandi voces Patronorum in capita, vel
in stirpes, in *Romana Beneficiatus S. Lau-*
rentii in Damaso 6. Februarii 1688. coram
cl. me. Cardinali Caccia, impressa apud Pi-
ton. discept. Ecclesiast. 4. num. 23.

Procedendo etiam, quòd ageretur de
Jurepatronatus gentilitio, adhuc pro
comperto visum fuit admitti non posse
concursum filiorum ad præsentandum unà
58 cum Patre; quia id solum sibi vindicat
locum in Jurepatronatus gentilitio fami-
liari, reservato favore agnationis, Do-
mus, vel Familiæ, quàm fundator in ge-
nere, & per modum Universitatis consi-
deravit; tunc enim cum censeatur, quòd
ipse respexerit tantummodo ad pluralita-
tem personarum, non verò graduum, be-
ne omnes de Familia, seu de Agnatione
possunt per capita concurrere ad simul
præsentandum, & in his terminis procedunt
Decisiones supra in objecto, alia-
que auctoritates in contrarium allegatæ;
secus autem dicendum est, quando, ut in
præsentati casu, Fundator vocavit non om-
nes de familia, vel agnatione; sed tan-
tùm certas personas, nempe suos descen-
dentes masculos in infinitum; hoc enim
casu, cum vocatio sit collectiva nedum
plurium personarum, sed etiam graduum,
filii non possunt concurrere cum eorum
patre, sed successio est gradatim deferen-
da in magis proximos, remotioribus ex-
clusis, ut firmant *Vitalin. in Clement. plu-*
res sub n. 42. in fine de jurepatronatus, Lam-
bertin. eodem tractat. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 8.
sub n. 3. vers. unde pro eorum intelligentia.
&c. & n. 8. Vivian. de jurepatr. par. 1. lib. 4.
cap. 9. n. 111. Riccius in prax. par. 1. resol.
181. Franc. Marc. decis. 1133. nu. 5. par. 1.

Panimoll. decis. 137. n. 31. & 46. bene Spa-
da cons. 9. n. 5. & 6. lib. 3., & optimè unum
ab altero casu distinguendo R. P. D. meus
Ansaldo. in adnot. ad suam decis. inter im-
pressas in ordine 52. n. 23. cum seqq.

Talisque gradualis ordo succedendi in-
ter descendentes in fundatione vocatos
apprimè congruit, tam inspecta mente
59 Fundatoris, qui non præsumitur inæqua-
les reddere voluisse proprios filios per
supervenientiam nepotum, & pronepo-
tum ab altero ex eis procreandorum,
cùm major affectio urgeat erga filios pri-
mò vocatos, quàm erga alios descenden-
tes incognitos, & non aded arctè conjun-
ctos, prout omissis generalibus considerat
Vivian. d. lib. 4. cap. 9. post num. 55. S. Quia
respondetur in fine; Quàm etiam attenda-
dispositione juris, juxta quam in materia
fideicommissaria, à qua rectè arguitur ad
istam Jurispatronatus de Luca de jurepatr.
disc. 50. n. 5. Rota decis. 71. n. 4. post Vivian.
decis. 64. n. 3. par. 13., & in Auximana ju-
rispatronatus 27. Junii 1701. S. Quoniam
&c. cum seq. coram R. P. D. meo Ansaldo, de
natura illius verbi collectivi -- descenden-
tes -- non omnes simul, nec filii cum pa-
tre; sed quisque juxta gradus proximita-
tem, & ordine successivo dicitur vocatus,
ex firmatis per Doctores in l. cum ita S. In
fideicommissio ff. de legat. 2. cum aliis penè
Fusar. de substit. quest. 358. à n. 1. Mantio.
de conjectur. lib. 8. tit. 12. n. 3. Bellon. de
jure accrescen. cap. 5. quest. 26. nu. 125. &
136. Rot. in rec. decis. 125. n. 3. par. 1. de-
cis. 98. n. 10. par. 4. tom. 1., in Romana hæ-
reditatis de Ruspolis 13. Junii 1704. S. Hu-
jusmodi autem &c. coram Reverendiss. D.
meo Molines Decano, & novissimè R. P. D.
Fattinell. in ejus resp. 70. n. 5.

Eoque fortiùs concurrentibus verbis;
tractum temporis successivum importan-
tibus, ut hic, nempe -- *sui descendenti ma-*
schi in infinito; Isti namque tali casu ad-
mittuntur solum de gradu in gradum, ita-
60 ut filii cum patre concurrere nunquam
possint, ut in fideicommissis præter supra
allegatos notat *Peregrin. art. 19. n. 7., &*
in terminis Jurispatronatus gentilitii,
quòd in eo non succedatur in capita,
quando in testamento, vel fundatione
adsunt verba tractum temporis importan-
tia probat *Tondut. quest. benef. par. 1. c. 32.*
num. 5.

Qui-

Quibus non refragatur, quòd Fundator in defectum descendendum masculorum, foeminas indistinctè invitaverit ad jus præsentandi, ex quo inferitur, quòd sicut vocatae sunt simul omnes foeminae, ita etiam masculi omnes concurrere debeant ad simul præsentandum: Quia ultra quòd diversa est ratio in foeminis, quæ honoratae fuerunt durante tantum earum vita, nec etiam ista dici possunt collectivè vocatae, sed tantum juxta earum proximitatem, & in omnem casum tale argumentum potius retorquetur, dum apparet, quòd Fundator per substitutionem foeminarum non consideravit omnes descendentes simul & in genere, sed successive, & gradatim, ad tradita per *Fusar. de substit. q. 382. n. 44.*

Hanc denique juridicam interpretationem magis, magisque comprobavit subsequuta uniformis observantia interpretativa, cui, ut concludit *Card. de Luca de jurepat. disc. 61. n. 12. in fine*, omnino deferendum venit in hoc articulo, an in jurepatronatus gentilitio, seu familiari, successio regulari debeat juxta ordinem fideicommissariae successionis, servata gradus proximitate, vel potius competat omnibus de genere, vel familia; itaut dari debeat simultaneus concursus patris, & filiorum; In ipso enim primordio, Fundator præsentavit solus, non autem cum ejus filiis tunc existentibus; isti verò non semel, sed repetitè, absque interventu filiorum præsentarunt tam in vacatione præcedenti, quam in hac ultima, ubi Leonardus per duas vices filios non admisit ad secum præsentandum; ex hac enim observantia omnis removetur, si quæ superesset, difficultas circa intelligentiam verborum foundationis, ut dixit *Rota coram Rembold. decis. 639. n. 4. decis. 26. n. 14. coram sa. me. Alex. VIII. dec. 52. n. 6. par. 13.* & in *Orbitellen. jurepatronatus 13. Januarii 1696. §. Accedente &c. confirmata 4. Julii ejusdem anni §. Concurrente &c. coram Reverendissimo dell' Olmo Episcopo Conchen.*

Haud relevante, quòd ultima præsentatio facta fuerit extra legitimum tempus; ideoque tanquam nulla non sit attendenda, à duabus verò ultimis Leonardus recesserit. Quandoquidem observantia resultat etiam ex præsentationi-

bus nullis, seu ineffectuatis; dum hic non dubitatur, an Beneficium sit de Jurepatronatus, vel non, quo casu inspicitur, utrum præsentationes habuerint, necne, ad effectum, sed est sola controversia inter Patronos de modo præsentandi, in quibus terminis effectuatio consistit solum in hoc, quod quis fuerit, vel non fuerit admissus ad præsentandum *Spada conf. 12. n. 16. lib. 2. Rota in Florentina jurepatronatus de Ricafolis pendens Vivian. de jurepat. par. 1. lib. 4. cap. 1. sub n. 71. §. Effectuatio verò &c. in fine, & in illius confirmatoria ibidem impressa §. Non obstant &c., & in Mediolanen. Prioratus 25. Junii 1700. §. Superest &c. coram R. P. D. meo Ansaldo.*
Et ita utraque Parte informante &c.

ARGUMENTUM.

Mandante Testatore in testamento erigi Beneficium, & reservari Juspatronatus pro ejus *Hereditibus*, & *Propinquiorebus*; si Episcopus in erectione Beneficii reservet Juspatronatus pro *Filiis*, & *Descendentibus Testatoris*, an hujusmodi Juspatronatus sit Gentilitium, vel potius mixtum?

SUMMARIUM.

- 1 *Juspatronatus an, & quando dicatur mixtum?*
- 2 *Quilibet præsumitur habere majorem affectionem erga Proximiores, quam erga Remotiores.*
- 3 *Episcopus in erectione Beneficii an possit reservare juspatronatus pro personis diversis ab eis designatis à Testatore in testamento?*
- 4 *Testatorum dispositiones sunt omnino servanda.*
- 5 *Episcopo reservante juspatronatus pro personis diversis ab eis designatis à Testatore in testamento, si ista persona designata non se opponant, huic reservationi an, & quando ex hujusmodi non oppositione sequi possit alteratio, & mutatio qualitatis juspatronatus?*
- 6 *Fundator ante erectionem Beneficii potest tollere, & adjicere quascumque substitutiones sibi benevolens, secus post erectionem.*
- 7 *Negligentia heredis non potest præjudicare aliis venientibus ex propria persona.*

8 Non